

Mococize<sup>a)</sup>, quinque in regione Milce, quattuor ex his in burgwardo Schifani<sup>b)</sup>, quintam Posarice<sup>c)</sup> vocitatum Misinensi ecclesiae in proprium tradidimus, cum omnibus appenditiis, hoc est areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, silvis, venationibus, viis et inviis, quaesitis et inquirendis seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit, ea videlicet ratione, ut praefata Misinensis ecclesia deinceps liberam potestatem habeat eadem bona possidere, obtinere vel quicquid ad suam utilitatem sibi placuerit inde facere. Et ut haec traditionis auctoritas semper inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti. (L. M.)

Humbertus cancellarius vice Ruthardi archicancellarii recognovi. (L. S.)

Data est XVI. Kal. Junii anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo I., indictione XII., anno autem domini Heinrici regni quidem XXXVI., imperii vero VII. Actum Mantuae in Christi nomine feliciter amen.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit aufgedrücktem zur Hälfte abgebrochenem Siegel. Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 23.

a) Unbekannt. b) Zscheila bei Meissen. (?) c) Porschütz, Par. Striesou. (?)

### No. 39. 1095. 13. Febr.

*Kaiser Heinrich IV. schenkt der Stiftskirche das Dorf Wisinana unfern der Jahna im Gau Thaleminci.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae et per interventum fidelium nostrorum Heinrici Marchionis, Bennonis Misinensis episcopi quandam villam Wisinana<sup>a)</sup> vocitatum, sitam prope fluvium Gan in regione Thaleminci, in comitatu vero eiusdem Heinrici marchionis, Misinensi ecclesiae in proprium tradidimus cum omnibus appenditiis, hoc est areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, silvis, venationibus, viis et inviis, quaesitis et inquirendis, seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit, ea videlicet ratione, ut episcopus praefatae Misinensis ecclesiae deinceps liberam potestatem habeat eadem bona possidere, obtinere vel quicquid ad suam utilitatem sibi placuerit inde facere. Et ut haec traditionis auctoritas semper inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti, regis vero quarti. (L. M.)

Burcardus cancellarius vice Rutardi archicancellarii recognovi. (L. S.)

a) Weitschenhain, Par. Staucha.